

NvK an (Johann von Sulzbach), Domdekan zu Trient. Er antwortet ihm anstelle des Trienter Bischofs Georg Hack und ruft ihn ultimatim auf, in den Gehorsam des Papstes zurückzukehren. Hz. Sigismund und seine Anhänger seien ohne jeden Zweifel als Exkommunizierte und Häretiker zu betrachten. Der Papst werde dies demnächst verkündigen und zum Kreuzzug gegen sie aufrufen. Die Trienter Kirche werde neu vergeben, sollte man dort nicht bis Dezember zur Obödienz zurückkehren.

Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, *StB*, Cod. Cus. 221 p. 179f. Über dem Text: Decano Tridentino per Pircheimer.

Erw.: Jäger, *Streit II* 429 (mit Datum 27. Oktober 1460); Strack, *Thomas Pirckheimer* 137 (nach Jäger mit falschem Datum).

Eternam salutem. Venerabilis domine decane.¹⁾ Ad scripta domini episcopi²⁾ non audeo respondere ex causa vobis nota.³⁾ Satis in preteritum potuistis intelligere, quod s. d. n. vult ecclesiasticam libertatem defendere et necessitatus ob honorem Romane ecclesie contra dominum Sigismundum processit ad declaracionem penarum iuris.⁴⁾ Si ipse consilio meo acquievisset et se dedisset ad manus pape, omnes intercessemus pro ipso, et sine dubio ad pacem cum Romana ecclesia levius pervenisset. Nam cum nunc res sit facta difficilima, quia honor et libertas ecclesie Romane non cedent sibi, ideo opus habet optimo consilio, ut se liberet. Bene scit papa, quomodo ipse per confictas causas nititur excusare inexcusabile sacrilegium. Et omnium, que scribit pro excusacione, contrarium ostenditur ex littera ultima, scilicet concordie, in qua fatetur hostilem 10 persecucionem et se et satellites incidisse in excommunicationem.⁵⁾ Item et litteris diffidacionis.⁶⁾ Et data, quod omnia illa vera essent, que contra me scribit, et si adhuc peior essem, non minus verum est, quod cardinalem hostiliter est insecutus. Ideo cecidit in penas c. Felicis.⁷⁾ Et hoc est notorium. Et fatetur in omnibus suis pretensis excusacionibus, deinde per dampnatas appellaciones ad huc plus se involvit.⁸⁾ Nam 15 certissimum est appellacionem non suspendere latas censuras cuiuscumque minoris iudicis ecclesiastici; minus, si sunt censure iuris; adhuc minus, si per papam declarate, ut hoc casu. Ideo, si eciam appellacio ad futurum concilium non esset dampnata in dieta Mantuana⁹⁾, tamen, quia sequitur declaracionem pape, certissimum est non suspendere censuras, et aliud dicere est erroneum in iure et heresis in fide. Ex quo patet ipsius non 20 recte sapere de fide, quod censuras vilipendit. Et homines cogit ad contempnendum et prophanandum. Et hoc peccatum non est minus sacrilegio priori, sed quia constitutio Mantuana dicit taliter appellantes cadere in excommunicationem et penas criminis lese maiestatis et heresis, tunc iam notorie per pretensam appellacionem in dictas penas (incidit), et ita mentita est iniquitas sibi volens illas penas fugere, in easdem incidit, ita 25 quod nunc penitus dubio caret ipsum illis penis involutum.

Eciam si c. Felicis illas non haberet, et scitis, quid est talibus dampnatis adherere aut quid sequitur publicationem talium penarum heresis, uti iam s. d. n. ipsum publicabit et post sequetur predicacio crucis contra ipsum et adherentes¹⁰⁾, et reperientur Christiani obedientes. Hoc scripto, si forte adhuc non sitis a deo plene derelicti, redeatis ad 30

12 quod: *ii.d.Z. korr. statt gestr.* per. 16 suspendere: *a.R. korr. statt gestr.* respondere. 25 et – easdem: *a.R. eingefügt.*

obedienciam et non speretis vincere deum et ecclesiam Romanam adiutorio eius et aliorum similium. Nam contra ecclesiam Romanam porte inferi non prevalebunt.¹¹⁾ Aviso vos ecclesiam Tridentinam petitam pro quodam, qui sperat posse habere possessionem causa in secrete commissa.¹²⁾ Si ante decembrem obediveritis, remediabitur, ut
35 spero. Rome, 25. octobris 1460.

¹⁾ Johann von Sulzbach, Trienter Domdekan und Kanzler B. Georgs von Trient; s.o. AC II 7, 2019 s.v. Abwegig ist die Identifikation mit dem Brixner Domdekan Konrad Judenfraz bei Strack, Thomas Pirckheimer 137 Anm. 750.

²⁾ Dieses Schreiben Georg Hacks an NvK ist sonst nicht bekannt. Der Trienter Bischof schrieb gleichzeitig an den Papst; s.o. Nr. 6370 (1460 Oktober 12).

³⁾ Durch die Verstrickung in die Brunecker Affäre wurde auch B. Georg Hack als exkommuniziert betrachtet; s.o. Nr. 6295 (1460 August 15). Das hieraus folgende Verkehrsverbot schloss offenbar brieflichen Kontakt ein.

⁴⁾ S.o. Nr. 6281 (1460 August 8).

⁵⁾ S.o. Nr. 6183 (1460 April 24) mit der entsprechenden Randbemerkung des NvK in Anm. 1.

⁶⁾ S. die Absagebriefe Nr. 6157-6160, 6163.

⁷⁾ VI 5.9.5 (Felicitis), ed. Friedberg II 1091f.

⁸⁾ S.o. Nr. 6265, 6291, 6347.

⁹⁾ Vgl. die Bulle ‚Execrabilis‘ (1460 Januar 18); s.o. Nr. 6382 Anm. 7.

¹⁰⁾ S.u. Nr. 6382 (1460 November 2).

¹¹⁾ Vgl. Mt. 16,18.

¹²⁾ Angesprochen ist die an der Kurie laufenden Diskussionen um die Nachfolge des Trienter Bischofs Georg Hack, dessen Absetzung wegen der Verstrickung in die Sigismund-Affäre erwartet wurde. Vgl. bereits oben Nr. 6295 und künftig AC III 3.